(18)

Exemplu' scripti; de auct[orita]te sum. Pont. in Ecclesia universali regenda per Nuncium Ap[ostoli]cam exhibiti

Romano Pontifici plenariam in b. Petro regendi, et pascendi universalem Ecclesiam potestatem a Chr[ist]o esse concessam ex sequentibus constat

Audivit Petrus (Matth. xvi. a Chr[ist]o Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Ecclesia vero Chr[ist]i una est, atq[ue] universalis. Sequitur ergo universalem Ecclesiam super Petrum in Chr[ist]o fundatam esse

Chr[istu]s Jo. ult. dixit Petro Pasce agnos pasce oves meas, ovile vero Chr[ist]i est universalis Ecclesia, sequitur ergo Universalis Ecclesiæ pascendæ potestatem Petro fuisse concessam

Has simplices quidem, sed Orthodoxas, et Catholicas expositiones verborum Christi confirmant quæ sequuntur

nõ Xeritat[is] ep. f. 14. vp. f. 1. fo. 16. ca. 2. B. Chrysost. Matth. xvi. super illis verbis Tu es Petrus, et super hanc Petram &c. sic inquit, filius quod Patris est, et ipsius filij potestatem Petro universaliter concessit ubiq[ue] terrarum, et homini mortali omnium quæ in coelo sunt dedit authoritatem, dando ei claves ad hoc, ut Ecclesiam ubiq[ue] amplificet, idemq[ue] confirmat tractans super illis verbis Sequere me

nõ est tabam Damascenus super illud Luca vij. cum Petrus dixit Faciamus hic tria tabernacula, non te Dominus dixit, tabernaculorum, sed universalis Ecclesiæ constructorem constituit

vniu[er]sales. D. Bernardus in libro secundo de consideratione, Jacobus qui videbatur Ecclesiæ columna esse, una contentus est Hierosolima Petro universalem cedens

Possent hic innumerabiles omnium sanctor[um] authoritates plenariam potestatem B. Petro in universali Ecclesia concessam implicite, expliciteq[ue] probantes adduci, sed quoniam omnibus in promptu sunt, atq[ue] ex illis quæ de successoribus eius scripta, dictaq[ue] fuisse ostendemus, satis superq[ue] probabitur ad ea veniemus

UGR Biblioteca Universitaria

Romanos Pont. ueros esse Petri successores, Orthodoxus nemo dubitare potest hoc enim satis aperte ipsa probauit antiquitas, ut habetur ex Ireneo lib. iij. c. iij. qui cum succenseret nomina successorum Petri, posuit post illum omnes Rom. Pont. usque ad Eleutherium, qui suo tempore Cathedram te- nuit. Quod ipsum quoque fecit usque ad Anastasium D. Augustinus, ut habetur epist. 165. His igitur suppositis ab exemplis, et authoritate Conciliorum exordiemur

i. to. conc. pagi. 938. co. i. / bonifacius episcopus sedis aplicæ uicarius dixit. beatissimus et aplicus uir papa in praesentem hoc uobis mandauit / non contra dixit /.

In Conc.º Calcedonen. Act. XVI. ad finem, Rom. Pontifex appellatur a Conc.º Vir Apostolicus, atque uniuersalis Ecclesiæ Papa

In eadem Synodo Act. VI. ita subscribit Legatus Rom. Pont. Pascasius Epus uice dni mei beatissimi atque Apostolici uiri uniuersalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis, Synodo præsidens, statui, consensi et subscripsi pagi. 789. co. 2.

ut deinde Isidoro [illegible] uniuersali ponte

In VI. Synodo Romanæ uniuersalis Eccæ Pontifice, qui locus habetur in nomine dni XXIII dist. / 2. to. concilio. pagi. 414 co. 2. [illegible] pape. 4.

In Conc.º gnali Lugdunen. Vicarij Jesu Christi successoris Petri nostri uniuersalis eccæ, gregis Dnici directoris. Ubi periculum § cetera de elect. li. 6. conc. constantien. artic. 40. pa. 1158. co. 1.ª 4.

.2. q. 6. siquis putauerit.

Julius 1. Epist. 2. ad Orientales 1. uol. conc. fol. 311. refert in Conc.º Niceno haberi hæc uerba, uniuersalis Apostolicæ Eccæ Papam

tomo 3.º 3. to. 2. concilio. pagi. 438. co. 2. in subscriptione huius decreti. non concilio lateranense. /.

Greg.s 2. anno 724. Synodo Lateranen. subscripsit hoc pacto Greg. Epus S. Catholicæ atque Aplicæ Rom. Eccæ / [illegible] subscripserunt [illegible] quilibet sua [illegible] [illegible] uocauit.

In Conc.º gnali Lugdunen Innoc. iiij Gregis precio sanguinis gloriosi redempti curam Jesus Christus b. Petro Aplo comisit. cause. de pe- tu pape. citat [illegible] inuenitur in decretis.

In Synodo Alexandrina Athanasius et alij Epi scribunt ad

Felicem

Felicem 2. uos universalis Ecclesiæ, et maxime Episcopos, qui oculi vocantur Dni curam gerere · 1. to. Concilio. pa. 355. co. 2

Idem cum eisdem scribit Marco Papæ, ut habetur in Decretis eiusdem Marci. 1. vol. conc. fol. 299. Marcum Papam universalis Ecclæ

1. to. Concilio. pa. 353. co. 2 Idem cum eisdem ad Liberium Papam universalem a Xpo ei commissam Ecclesiam eisdem similiter Liberius Papa scribit, eisdem similiter Felix 2/

pa. 1170 co. 2. 2. to. Concilior./1172. 4.

In Conc.º Constantien. Act. 45 inter damnatos contra Joannem Wiclef. error est si per Rom. ecc. intelligatur universalis ecca. quare intellexit Concilium Romanam Ecclesiam universalem esse

[margin: ...]

pagi. 1158. co. 1. 2. to. Concilior.

In eo: Conc.º Sess. 40 in tit. de forma eligendi Papam sic dicitur Vicarius Jesu Xpi b. Petri successoris, Rectoris universalis Ecca Gregis Dnici directoris quæ sunt uerba Conc.¹ Lugdunen.

pagi. 6. co. 1. et 2. In Conc.º licet reprobato, Basilien, in principio sub rubrica initium et reprobatio Martinus 5. Romanæ et universalis Ecæ præsidens sunt uerba Concilij / verba papæ.

approbato

pagi. 37 co. 2 In eo: sess. 12. sub decreto de elect: pro oneribus quæ ipsum pro restitutione universalis Ecæ subire oportet. Agitur uero de Papa

regimine

Vide. viz. 4. In eo: fol. 143. co. 2. in respon. Synodali de auctoritate Conc. gnalis, Tradicam esse in b. Petro summo Pontifici soli plenitudinem potestatis et eum esse caput. et primatem Ecclæ / 148. co. Concili. basilien.

Idemmet Conc. eo. in loco, fol. 149. co. 1. veram illam propositionem summu Pont. pastorem esse universalis Ecclesiæ. [illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA
UGR Biblioteca Universitaria

ult^a sessione 3. volu. concilio por pag. 76. co. 2. | In Conc^o Florentin. et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem ecclesiam a dño nro Jesu Xro plenam potestatem traditam esse

3^o vo. pa. 588. 594 / 580 | In Conc^o Lateranen. ult. Sess. Dr. Leo Papa sanctae suae universalis ecc̃e praesidens / de epta regis gallie. 4.

pagi. 579. | In eodem Conc^o sub Julio. 2. in v. sessione in bulla contra Simoniacos debet habere curam, et regimen universalis ecc̃e

epta. ij. ad cornelium sub [illegible] | Cyprianus Epūs Martyr lib. ij. ep. 2. ad Cornelium scribit se non prius quosdam intra ecclesiam suam admisisse, quam ita profiterentur Nos Cornelium Epm̃ sanctissimae Catholicae, hoc est universalis ecclia electum a Deo omnipotente, et Christo dño nro scimus

[illegible] | D. Ambrosius super. 1. eplá ad Timoth. cap. 3. Damasum Papam universalis ecc̃e rectorem appellat. [illegible]

S. Anselmus Cantuarien. Archiepus scribens ad Urbanum 2. ita praefatur Dño et Patri universae ecc̃e in terra peregrinantis summo Pont. Urbano ~~secundo~~ / ~~[illegible]~~

[illegible]

D. Thomas in tractatu contra errores Graecorum c. 63. similis est inquit, error dicentium Christi Vicarium Rom. ecc̃e Pont. non habere universalis ecc̃e primatum, Spiritum sanctum a filio non procedere. ipse enim Xrus Dei filius ecclesiam suam consecrat, et sibi consignat Spiritu sancto quasi suo charactere et

[illegible] | [illegible] hodie rector est Damasus

et sigillo, et similiter Christi Vicarius suo primatu et providentia universalem Ecclesiam tamquam fidelis minister Christo subiectam servat

Idem lib. iiij. contra Gentiles c. 76. Postquam multipliciter probavit unum Episcopum prælatum a Christo toti Ecclesiæ subdit. Per hoc autem excluditur quorundam præsumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia, et subiectione Petri successorem eius Rom. Pont. universalis Ecclesiæ Pastorem non recognoscentes. Hæc

Concilium basiliense respondet pag. 145. / 148. [illegible]

Objicict aliquis Gregorium magnum in epistola ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum renuisse nomen universalis Papæ, sed respondere ita poterit fuisse Gregorium eius sententiæ, ut Jo. Constantinopolitani superbiam reprimeret, ille enim se universalem Episcopum appellabat, quod ipse Gregorius, ut ad Mauritium Augustum scripsit, ferre minime poterat. Quamvis autem nollet quenquam se universalem Episcopum appellari, tamen non dixit Rom. sedis Episcopum plenariam in universali ecclesia autoritatem minime obtinere, nec homines id fateri, aut dicere vetuit. Quinimo in ep. ad Eulogium subdit honor universalis Ecclesiæ, honor meus est, atque plenariam in universali Ecclesia potestatem illum exercuisse plane constat

Quia vero his non obstantibus, conantur nunc aliqui in Concilio Tridentino efficere ne dicatur summum Pontificem plenariam potestatem a Christo in beato Petro regendi et pascendi universalem Ecclesiam obtinuisse, vehementer etiam atque etiam petit S.tas sua enixe rogat, paterneque hortatur Cæsaream M.tem velit ut advocatus

defensor ac procurator authoritatis, et iurium Apostolicæ sedis partes legitimè suas ita interponere velit, ut eorundem impetus omnino propulsetur, sanctæque sedi, quod suum fuit semper, et est integrè conservetur. Id aût præstabit facile M.tas sua si non modo ea de re Oratores admoneat suos, sed Gallicarum, et Hispaniarum Episcopos eius nomine mandet cômoneficri

/ ad universalis scripta ad simachum papam. nô. ea ignoras [illegible] sathane ingenia qui quotidie a sacro doctore nostro petro diceris: vias [illegible] hitates mundi credis t'pisare vô ri [illegible] spote cartas.

f j. to. concilio. pa. 358. co. 2. felix (2us) alme romane urbis et universalis ecclesie ep̃s

f liberi papa epta ad eps egiptios. j. to. concilio. pa. 383. 2. co. oli et abinitio [illegible] verta [illegible] apostolice [illegible] fiducia ut heamus [illegible] universali eccla ad

f sino dni hugenia [illegible] papa casi ministeri [illegible]. fo. 100. co. 4. et fo. 103. c. 1. [illegible]

f calcedonen. concilio. actio j. j. to. pa. 839. co. 2. in libello theodori diaconi leone papa et chalcedonen. concilio. [illegible] sanctissimo et deo amatissimo et universali archiepo et patriarche magne rome leoni [illegible] / ide. pa. 840. co. 2. sanctissimo et beatissimo universali archiepo et patriarche magne rome leoni.

f in libello athanasij. pagi. 842. co. 2. sanctissimo et beatissimo universali patriarche magne rome leoni [illegible]

f in libello sophronij. ad eunde. pagi. 844. c. 1. sanctissimo et beatissimo universali archiepo et patriarche magne urbis rome leoni [illegible]

f epta. simaci constantinopolitane [illegible] ad damasum [illegible] j. to. pa. 405. [illegible] co. 2.

f concilio flore. sessio. ulti. 3. to. concilio. pa. 474. co. 2. hec. joseph misatione divina constantinopoli et nove rome archiepiscopus ac ecumenicus priarcha [illegible]

UGR Biblioteca Universitaria

16.
12
12
15
9.

64.

atr. 66.

6.44. 67.

69. ai albarily 64

Suobg last ... 68.

Kilig ... no. 71 / ai aditve / nelike / mishor / ad. ...

70. ai tornon.

UGR Biblioteca Universitaria